b ¶ Audiētia· h̄ excōmūicato non datur audiētia· ſic ·s· vi· q· i· §· veruz ꝛ· xxiij· q· v· ñ vos ·s· xxiij· di· i noſe ꝛ· xxiij· q· iij· de illicita

¶ Interdici⁹· ex hoc vidꝫ ꝙ tales ipo iur· ſint ſuſpendi· ſed otra videtur ex̄ d iur̄ pa· pterea· ꝛ· vbi dicit̄ ꝙ tales ſūt excōmūicādi· et ex h̄ quidā dicūt ꝙ nō ſūt ſuſpēſi· ꝫ ſunt ſuſpēdēdi· ꝛ exponūt interdicimus id eſt interdicēdū dicimus· tu poteſ dīe ꝙ ſūt ſuſpēſi a canone· et ſic ſuſpenſus a ſuo p̄lato p̄t abſolui cum oditor canonis ſibi non ſeruauerit abſolutōez· ex̄ de ſen· excōmūicatōnis· nup· ſi aūt aliquis ſub tali cōditōne ſuſpenditur· donec peniteat· tūc q̄cito penitꝫ ſtatim ē abſolut⁹ vt· xv· q· vi· nos ſcōꝝ· lxxxi· di· ſi qs āmodo· h· tam̄ excipit duos caſus in quib⁹ talis q̄ recipit eccīaz a laico nō ē ipo iure p̄uatus ſcꝫ cū acceſdit poſtea oſenſus epi· vt· s· c· q· ·i· qm̄· et cū cleric⁹ p̄ſcpſit· vt ex̄ d iu· pa· cura paſtoralis· meli⁹ p̄t dici ꝙ tunc demū ē p̄uat⁹· qñ recipit eccīam tanꝗ voleus eſſe p̄latus· ſed ſi recipit eam tāꝗ ꝓpriatatē aliꝗ nō vt ibi ſit p̄latus· tunc nō ē ſuſpenſus ipo iure· et ſic loꝗtur illd capitulū· cura paſtoralis· hodie tñ videt̄ ꝙ talis nō poſſit abſolui ab epo· qꝛ ineligibilis fact⁹ ē· vt ex̄ de elec· quiſquis

¶ Inueſtiturā· ſed nūquid p inueſtiturā receptā a laico factus ē ꝗs poſſeſſor· ar· ꝙ nō· ex̄ de dona· p tuas· et ex̄ de hijs q̄ fi· a ma· p· ca· ex ore· ex̄ de ſen· et re iud· cū aliquib⁹· ar· otra· extra de ofue· c· ij· in fi· et ex̄ de ſucceſ· ab inteſta· cū dilcūs· et· ff· de otrahen· emp· clauibus

Quoniā inueſtituras· vel femie· ar· ꝙ ab et· ꝛ· e· c· cōtra· in fi· p̄ſentatōem femine poteſt quis inueſtiturā oſequi· extra de iu· pa· ex literis

Sane· diſceſſerūt· s· viij· q· iiij· nōne· otra· So·

Siſte inciderat in hereſim iā dānatā· et ſic ſentētia canonis erat lata in ipſū vt· xxiiij· q· i· acatius· Itez talis oiuratō nō fuit pnicioſa et ſic non obſtat· xi· q· i· ſi quis clericoꝝ

¶ Princeps· ꝗ canonici poſſunt recedē ab epo quem rex inueſtiuit ſic· lxxix· di· ſi quis per pecuniam

Sicut· ſcindi· diuidi tñ p̄t eccleſia vt de vna fiant due ſed nō ita diuidi vt vna pmaneat· s· e· q· i· plures· Idem eſt de p̄benda· vt extra de p̄bē· c· maioribus ſilr̄ i ꝓuicijs ut· c· di· c· i· ff· de offi· aſſeſ· ſi eadem

¶ Et eccīe· ſic ergo ꝓpē delictuz vni⁹ hois ſubicit̄ tota terra interdicto· vt ex̄ de ſpō· non eſt nobis

Per laicos· ſpem· h̄ ita intelligit· h· vbi aliqua ꝓmiſſio p̄uenerit ſpem ſuā alias eim̄ vt dicit p̄nt monachi ouenire in aliquez et dicē ei ſumas habitū· volum⁹ eim̄ eligē te i abbatē cum fueris factus monachus· et ꝙ talit̄ poſſint cōuenire in aliquez eſt ar· lxi· di· bñ· nā ꝛ laic⁹ ſic p̄t poſtulari in epm̄ vt· lxi· di· oſius· licite eim̄ poteſt quis habē ſpez de dignitate vt· lxi· di· q̄d ꝓdēit· lxxiiij· di· cōſuluit· viij· q· i· q̄ epatū· lxxvij· di· c· ·ij· lix· di· ſi officia ꝫ h̄ nō credo qꝛ neophit⁹ nō p̄t ēe abbas· vt ex̄ de elec· cū cauſam· ꝛ melius ex̄ d elec· officij· et· c· cū ad noſtram

¶ Duas· i titulatas niſi ſint pauperes· vt extra d eta· ꝛ qual· eā te· et· x· q· iij· vnio

Quoniā in q̄buſdā· rumore· ei tñ nō credit̄ vt ex̄ de eo qui cognouit cōſan· vx· ſue ſup eo

¶ Epm· ſilr̄ et alie ouētuales eccleſie habebunt yconomū ut· ix· q· iij· cū ſcim⁹ et qnꝗꝫ prochiales vt ex̄ d offi· ord cum vos· ꝛ reglārit̄ dꝫ yconomus eligi p epm· vt· ix· q· iij· cū ſcim⁹· et· C· de epis et clericis· oēs· §· ꝫ michomim⁹ niſi oſuetudo ſit ꝙ caplm eligat· ex̄ de elec· cū eccīa· dꝛ aūt yconom⁹ cui res eccīaſtica gubernāda mādat̄· C· de ſa· ſā· ec· iubem⁹· vicedñs aūt dꝛ q̄ adminiſtrat res epi· vt· lxxxix· di· volum⁹· ſindici appellāt̄ q̄ ab vniūſitate ꝛ ab vniūſitatē cāꝫ oſtituūt̄· actoꝛ vo ad vnā cāꝫ ꝛ ab vna pſona p̄t oſtitui ut· ff· ꝙ cuiuſqꝫ vni· l· Itē· §· ij· iſt· de tuto· §· ul· nec obſtat ꝙ ē· ff· d mu· ꝛ ho· l· numeꝝ· §· defēſores· vbi dꝛ ꝙ ſindic⁹ ē q̄ ad c̄tā cāꝫ oſtituit̄ qꝛ ibi ſuīt̄ large nomē ſindici ꝓ quolibꝫ defēſore ar· ad h̄ xxxv· q· i· §· i· =ꝓpo· ar· otra ex̄ de iura· calū· impatorum· vbi p̄t col

¶ De clero= ligi ꝙ yconomus non erit vnus de ipſo collegio ſed

vinculo ſe aſtrictū ēe ſciat ¶ Idez

Excōicatōni ſubiaceat nec inueſtiture ſentiat fructuꝫ qui manu laici eccleſiam ſuſceperit

Quoniā inueſtituras otra ſcōꝝ patrū auctoritatē a laicis in multis partibus cognouimus fieri et ex eo plurimas pturbatōnes in eccleſia imo ruinā ſancte religiōis oiri ex quibꝫ xp̄iane cenſure religio cōturbatur· decernimus ut nullus clericorum inueſtituras epatus vl̄ abbatie vel eccleſie de manu impatoris vel regis vel alicuius laice pſone viri vel femine ſuſcipiat· Quod ſi pſumpſerit recognoſcat inueſtiturā illam apl̄ica auctoritate irritatā ēe· ꝛ ſe vſqꝫ ad dignam ſatiſfactionē excōmunicationi ſubiacere ¶ Item ex canone apoſtolorum ¶ De eodem

Si quis epus ſecularib⁹ poteſtatib⁹ vſus eccleſiā per ipſos obtineat deponatur· ꝛ ſegregentur omnes qui illi omunicant ¶ Item ex cronica anaſtaſij ¶ De eodem·

Sane theſſalonicenſes epi ob metū impatoris anaſtaſij thimoteo conſtantinopolitano epiſcopo oſenſerūt· q̄d conciliū calcedonenſe anathematizauerat· xl· vero epiſcopi illirice ꝛ gretie otra venientes in vnū p pfeſſionē in ſcriptis factā ꝛ a ꝓprio metropolitano diſceſſerūt et romā mittētes romano epiſcopo omunicare in ſcriptis pfeſſi ſunt· et paulo poſt· Cum dioſcorus iunior man⁹ impoſitōꝫ accepiſſꝫ a rege receſſerunt multitudines populoꝝ dicentes qꝛ ſcd̄m q̄d otinent canones ſanctoꝝ apoſtoloꝝ non eſt factus epus ꝛ ideo nō recipietur· princeps enim intronizauit eū ¶ Item paſcalis pp̄ Excommunicetur qui per laicos eccleſias obtinent

Si quis cleric⁹ abbas vel monachus vel canonic⁹ p laicos eccīas obtinuerit ſm ſanctoꝝ apoſtoloꝝ canones et antioceni cōcilij capitulū excōmunicatōi ſubiaceat ¶ Item Qui p laicos eccīas obtinet ꝛ qui manus imponit commu

Conſtitutōes mone priuet ſanctoꝝ· canonum ſequētes ſtatuim⁹ vt quicunqꝫ clericoꝝ ab hac ora inueſtiturā eccīe vel eccīaſtice dignitatis de manu laici acceperit· ꝛ q̄ ei manū impoſuerit· gdus ſui picl̄o ſbiaceat· ꝛ omūione puet̄

Nullus la· ¶ Item De eod

Nullus laicoꝝ eccleſias vel eccīaꝝ bona occupet vel diſponat q̄ vero ſec⁹ egerit iuxta beati alexandri capitulum ab eccleſie liminibus arceatur

Sicut dñi ¶ Itē De eodē veſtimentū ſciſſum nō ē· ſꝫ de eo ſortiti ſūt· ita nec eccīa ſcindi debet· qꝛ in vnitate tota oſiſtit In poteſtate ergo ꝓprij epiſcopi eccīe reducātur· ꝛ ab ipō ſicut in ſacris canonibꝫ cautū eſt ordinent̄ Alioqui et eccleſie ipe ꝛ clerici earūdez diuinis deſtituātur· officijs ¶ Itē alexander pp̄· ij· Nullus clericus p laicos eccīaꝫ obtieat

Per laicos nullo mō quilibet cleric⁹ aut preſbiter obtineat eccīam nec gratis nec pcio nullū habitū monachi ſuſcipiat· ſpez q̄ pmiſſionē habēs vt abbas fiat Null⁹ pſbr̄ duas habeat eccīas ¶ Itē in cō· calcedonēſi Singuli epi ſingl̄os yconomos habeant

Quoniā in quibuſdā eccleſijs ut ex rumore opim⁹ pter yconomos epi facultates eccleſie tractāt· placuit omnē eccīaꝫ habentē epm habere yconomum de clero ꝓprio· qui diſpenſet res eccleſiaſticas ſcd̄m ſententiaꝫ ꝓprij epi·

ibi ponitur yconomus ꝓ ipo ſindico a ¶ Teſtimoniū·s· ij·q·pe·
N Oua actõe·i·die· c ¶ Iudicare·i·a·s·di· multia cū paſtoris·
·lxxxix·decēter· b ¶ In vno·s·xij·q·ij·cognouimus·
e ¶ Nec habitū·nūquid ḡ albus mõachꝰ p̄t ēē monachus inter ni=
gros·vidꝫ ꝙ non· qꝛ quilibet conformabit ſe moribꝫ eoꝝ inter quos
viuit·vt·xli·di·quiſquis·nā ex diuerſitate habitus ſcandalū gn̄atur
vt·xij·di·illa·xx=
xiij·q·v·ꝙ deo·e
cõtra vidꝫ ꝙ nõ·
qꝛ nõ ē ibi diſpar
ꝓfeſſio·cū tm̄ mo
nachalis ꝓfeſſio
ſit ibi·nā dūmodo
clericalis ꝓfeſſio
ſit ibi vna ꝓfeſſio
dꝫ·vt·xij·q·i·duo
p̄terea vidꝫ ꝙ mo
nachus poſſit fie=
ri canonicus· vt
·lxxiiij·di·quorū=
dā·et p̄latus ma=
ioꝛ in ſecl'ari ecc̄ia
vt·lviij·di·c· ij·
et ep̄us in ſecl'ari·
vt· xviij·q·i· c·i·
⁊ ſic vidꝫ ꝙ licite
poſſit ēē in eadeꝫ
ecc̄ia diſpar habi
tus quantum ad
colorē veſtimēti·
qꝺ ſatis p̄t admit
ti·et h̄·b·ꝯcedit
tam̄ quātomagis
ſe pn̄t tales ꝯfor
mare aliis in exte
rioꝛi habitu h̄ fa
ciāt ne ſcandalum
fiat· vn̄ monachꝰ
factus canonicus
vel ep̄us nõ abi=
ciet habitū·ꝫ re=
tēto hitu d̄ſup fe
rat habitū in quo
magis conueniat
eis inter quos eſt·
ut ex̄ d̄ vita ⁊ ho·
cle·deus qui·
L Aicis· facul
tas· h̄ verū
ē d̄ iur̄ ꝯn̄i·vt·xc/
vi·di·bn̄ quideꝫ·
ſecus ſi habeat h̄
ex ſp̄eali priuile=
gio· ita tn̄ vt nūc
duret illꝺ p̄uil'm·
lxiij·di·in ſinodo·
S I quis pn̄ci=
pū·ſeu dāna
tõnē·ꝫ·xxiij·q·viij
cõuenioꝛ·s·xij· q·
·ij·quicunqꝫ·
P Je mentis·
nūc vide q̄le
ius patroni hn̄t i
ecc̄ijs · eſt autem
ius p̄ronatus qꝺ=
dā ius qꝺ non eſt
mere ſp̄uale· nec
eſt mere tp̄ale·ſp̄i
rituale nõ eſt· q̄a

Ita vt eccleſie diſpēſatõ p̄ter teſti
moniū nõ ſit·et ex hoc nõ diſpgan=
tur ecc̄iaſtice facultates et ſacerdo
tio maledictõis derogatõ ꝓcure=
tur· Qui ſi hoc minime fecerit dnis
cõſtitutõibꝰ ſubiacebit· ¶ It ex
ꝯcil'·yſpalenſi·cui iterfuit yſidorus·
Laici nõ ſunt ꝯſtituēdi yconomi·
N Oua actõe didicimus quoſ=
dam ex nr̄o collegio ꝯtra mo
res ecc̄iaſticos laicos habē in rebꝰ
diuinis ꝯſtitutos yconomos·ꝓinde
parit̄ tractātes elegimus vt vnuſ=
quiſqꝫ nr̄m ſcd̄m calcedonēſiū p̄rm
edicta ex ꝓpo clero yconomum ſibi
ꝯſtituat· Indecorū ē em̄ laicū vica
riū ep̄i eſſe·et viros ecc̄iaſticos iu=
dicare· In vno eodemqꝫ officio non
debet eſſe diſpar ꝓfeſſio·qꝺ etiaꝫ in
lege diuina ꝓhibetur dicēte moyſe
Nõ arabis ſimul in boue et aſino·id
eſt hoīes diūſe ꝓfeſſiõis in vno of=
ficio ſimul nõ ſociabis ·Vn̄ oportet
nos et diuinis libris et ſcõꝝ patrū
obedire p̄ceptis· conſtituētes vt q̄
in āminiſtratõibꝰ pontificibus ſo
ciantur·nec ꝓfeſſione diſcrepēt nec
habitu·Nam cohērē et ꝯiungi non
poſſunt quibꝰ ⁊ ſtudia ⁊ vota ſūt di
uerſa· Si quis autē ep̄us poſt hec
eccleſiaſticā rem aut laicalē ꝓcura
tionē āminiſtrandā elegerit· aut ſi
teſtiõio yconomi gub̄nandā non
credidēit vere ut ꝯtēptoꝛ canonū ⁊
fraudatoꝛ ecc̄iaſticarū rerū nõ ſolū
a xp̄o de rebꝰ paupum iudicabit̄ re
us·ſed etiā cõcilio manebit obno=
xius· ¶ Itē in ſynodo ſymachi p̄pe
laurētius mediolanēſis archiep̄us
dixit· Nõ hꝫ laicus in ecc̄ia aliq̄d
N On pla ꝯſtituēdi facl'tatē·
cuit laicū ſtatuēdi i ecc̄ia ha=
bere aliquā p̄tatem·cui ſubſequēdi
manet neceſſitas nõ auctoritas im=

laico ꝯpetit et trāſit ad heredes·vt·ꝫ·e·q·ꝯſiderādū·tp̄ale nõ eſt·qꝛ
vendi nõ p̄t·vt ex̄ de iur̄·pa·de iure· nec p̄t dici ꝙ pti ſit tp̄ale ptim
ſp̄uale·cū ip̄m ſit ſimplex·nec recipit diuiſionē·vt ex̄·e·ti·c·i·tn̄ bene
ꝯcedo ꝙ ſit pti tp̄ale pti ſp̄uale· et tn̄ ſimplex ē· qꝛ talis diuiſio po=
tius ad intellectū q̄ȝ ad actū referēda ē·vt dic̄ lex·ꝙ ſeruus dꝫ ꝺn̄is·
potius ad intellectū q̄ȝ ad actū ē referēdū·vt·ff·de ſti·ſer·ſeruꝰ ꝺn̄is·
dꝫ tn̄ ānexū ſp̄uali·ex̄ de iur̄·pa·de iure·Efficitur aūt patronus quis
tribꝫ de cauſis·dotatõne·ꝯſtructõne·fundatõe·vn̄ verſus· patronum
faciūt dos edificatõ fundus·dotatõne et ꝯſtructõne·vt·ꝫ·e·filijs·fū=
datõe·ut xviij·q·ij·abbatē· ſi quis aūt poſt ꝯſecratõnē dat aliquid

ecc̄ie p̄ h̄ nõ ſit patronus· ſed qui ante cõſecratõnē dat aliquid ecc̄ie
ſit patronus·hoc ideo·quia ille ducit rem de nõ eſſe ad eſſe· Itē alia
rõne·qꝛ ſi poſt ꝯſecratõnē fieret aliquis p̄ronus· iam videtur impoṅi
ſeruitus rei ſacre ꝙ ēē nõ debꝫ·vt·ff·de ſerui·ſeruitutes·ꝫ·vl·⁊ ꝙ hu
mani iuris ēē deſinit ſeruitutē nõ recipit·C·ꝯnia p̄dioꝝ·l·caueri·ſūt
tria q̄ ꝯſequitur patronus·honor·et onus· et vtilitas·honorē habet

peradi· ¶ Itē in ꝯcil'·eodē eulaliꝰ·
ep̄s ecc̄ie ſiracuſane dixit· Ecc̄iaſti
L cas digtates laici diſponē nõ
Aicis q̄uis religioſis debēt
nulla de ecc̄iaſticis digtatibꝰ aliq̄d
diſponēdi legit̄ attributa facultaſ·
¶ Itē calixtus p̄p̄· Laicꝰ ſacl'egꝰ
hetur q̄ diſpoſitoꝫ ſeu dn̄atõeꝫ rerū
S I q̄s ecc̄iaſticaꝝ vſurpat·
pn̄cipū vl' alioꝝ laicoꝝ diſpo
ſitõꝫ ſeu dn̄atõꝫ rerū ſeu poſſeſſiõm
ecc̄iaſticaꝝ reꝝ ſibi vendicauit vt
ſacrilegus iudicet̄· ¶ Itē gelaſiꝰ
p̄p̄·ſenatori ep̄o· In ecc̄ia quā q̄ſqꝫ
D edificat nil ſibi p̄ cetis vēdicꝫ
Je mētis āplectāda deuotio
ē·q̄ ſe iulius nobis in re iuliana ſui
iuris fundaſſe ecc̄iaꝫ ꝑibet·quā i ho
noꝛe ſci viti ꝯfeſſoris eiꝰ noie cupit
ꝯſecrari·hāc rē igitur frater cariſſi
me ſi ad tuā dioceſim ptinē nõ am=
bigis·ex moꝛe ꝯuenit dedicari·col=
lata p̄mitus donatõe ſolemni quam
miniſtris ecc̄ie deſtinaſſe p̄fati mu=
neris teſtatur oblator· Sciturus ſi
ne dubio p̄ter ꝓfeſſionis aditū qui
oīni xp̄iano debetur nichil ibideꝫ ſe
ꝓprij iuris habiturū· ¶ Idē d̄ eodē
F Rigētius ꝺuo petitoꝛia nobiſ
inſinuatõe ſuggeſſit in re ſua
que ſextulianū vocat̄ baſilicā ſe ſcõ
rum michaelis archāgeli ⁊ martini
ꝯfeſſoris ꝑ ſua defenſiõe fundaſſe·
Et iõ frat̄ cariſſime ſi ad tuā ptinet
prochiā bn̄dictõnē ſupra mēoꝛate
baſilice ſolēni deuotõne et venera=
tõe depēde·Nichil tn̄ fundatoꝛ ſibi
ex hac baſilica nouit vendicandū·
niſi ꝓfeſſionis aditum qui xp̄ianis
oībꝫ in ꝯn̄i debet̄· ¶ Itē clemēs
E Cc̄ias p ꝯgrua p̄p̄·De eod·
et vtilia facite loca·q̄s dn̄is
p̄cibꝰ ſacrari optet·et non a quoq̄ȝ
ḡuari· ¶ Itē leo p̄p̄·iiij·carolo r̄gi·

in p̄ſentādo·onus
habet in defendē
do eccleſiam ne
quis dilapidet eā
vt·ꝫ·e·filijs·vtili=
tatem habet·qꝛ ſi
vergit ad inopiā·
ꝓuidebit ei ecc̄ia
vt·ꝫ·e·quicūqꝫ·et
lꝫ oībꝫ paupibꝰ
teneatur ꝓuidē·
tn̄ ei habūdantius
q̄ȝ alij·vt ex̄ de te
ſtamētis· cū i offi
cijs· trāſfert aūt
ius p̄ronatus qua
tuoꝛ modis in ali
um·ſucceſſiõe· vt
ꝫ·e·cõſiderādꝫ·
donatõe·vt ex̄·e·
ex iſinuatõe·et·c·
illꝺ· pmutatõne·
vt·ꝫ·e·nemini·trā
ſit etiā cū vniuer
ſitate·vt ex̄·e·cū
ſcd̄m·ius aūt p̄ro
natus nõ deſcēdit
ad heredes ꝓpoꝛ=
tõibꝰ heredita=
rijs· ꝫ q̄libꝫ eoꝝ
ē patronus in ſo=
lidū·vt ex̄·e·c·i·
ſic̄ ⁊ alia iura q̄ in
coꝛpalia ſūt in ſo
lidū deſcendūt ad
quēlibet heredē·
vt·ff·d̄ ſerui·vic·
i ¶ Collata· ſed
nõne anq̄ȝ funda=
ret d̄buit dos aſſi
gnari·vt d̄ cõ·di·
·i·nemo vtiqꝫ·ſed
quia omiſſum fuit
r̄ſtaurādū ē·ut di·
viij·q̄ ꝯt̄ mores·
¶ Proceſſiõis·
·i· ꝙ ꝓcedēt cuꝫ
ip̄o ad ep̄m·cū cle
rici p̄ſentant̄· oliꝫ
tn̄ michil iuris ha
bebant patroni p̄
alijs·vt·x·q·i·no
uerint·vel dic ꝓ=
ceſſionis·i·ꝓmo=
tõnis· qꝛ p eū ſa=
cerdos ꝓmouen
dꝫ· itē et ſi cēſus
quis interpoſitus
ē auctoꝛitate ep̄i·
illū p̄t patronus
petere·vt ex̄·e·p̄
terea·
F Rigētius·q̄
xp̄ianis·ḡ
iubeꝰ nõ efficeēt patronus·licꝫ fundaret ecc̄iam·s·e·pie·et·ꝫ·e·q̄cūqꝫ
E Cclesias·p ꝯgrua·vt nõ ſit infirmus locꝰ·nec ſint ibi p̄dones·
nec aliquo mõ piculoſus ſit· nā ꝓpter has cauſas deberet ecc̄ia
tranſmutari in aliū locum·vt·ꝫ·e·ſi quis vult·et de cõ·di·i·tribus·et
C Ontra·denominati·ḡ ex ſola donatõe ·lxxiiij·di·quorūdam·
aliquis ꝯſequitur ius·vt·lxxij· di·placuit·viij·q·i·dilectiſſimi·
·ij·q·vi·nominatõnes·de h̄ dixi·lxiij·di·quanto·
i ¶ Expellere·hic habes qꝺ expelli vidꝫ qui non admittitur ad di=
gnitatē ad quā eſt denoīatus vel electus· Nam idē eſt auferre qꝺ nõ
dare·vt dixi·s·e·q·i·decime·ad idē fa·ex̄ d̄ reſti·ſp̄o·ſepe·ff·de bo·

auct·iuꝰ·poſ· ꝙuis·ar·ex̄ ꝺ ap· ſignificauerūt· vbi videtur nemo de
iectus·niſi qui poſſeſſionē habuerit·et·ff·ꝺ vi·et vi·ar·l·i·§· h̄ inter
dictum ar·cōtra·vbi ei tm̄ q̄ poſſedit datur h̄ interdictum
Quicūqꝫ·aliquid·non tm̄ ꝓpter qualibet rem modicam dataꝫ añ
cōſecratōneꝫ efficit̄ q̄s patronus·niſi tm̄ det ꝙ ſufficiat ad ne-
ceſſaria miniſtroꝝ·et ad luminaria·vt de cō·di·i·nemo

## Laici p̄ſb̄ros de ecc̄ia non eiciant

Contra ſcōꝝ pr̄m cēſuras vi
detᷣ exiſtē·ſi ſecularis vel laicꝰ
p̄ſbiteros ab ecc̄is in quibꝫ tp̄e or
diatōnis eoꝝ denoiati vel introdu
cti fuerint videtᷣ expellē ¶ Si ꝓo
fundatores ecc̄iaꝝ ad inopiā ꝓgē
cepint ab eiſdē ecc̄is tp̄alis vite ſuf
fragia pcipiāt ¶ Vn̄ i tolᷓ· ꝯci·le-
git· **Fūdatores ecc̄iaꝝ ſi inopes ēe cepint ab eiſdē alimēta pcipiant**

Quicūqꝫ fideliū ꝓpria deuotōe
ꝺ facultatibꝫ ſuis aliq̄d ecc̄ie
ꝯtulerint·ſi forte ipi aut filij eoꝝ re
dacti fuerint ad inopiā· ab eadē ec
cleſia ſuffragiū vite p tp̄is vſu pci
piāt· Si ergo ecc̄iaſticas faculta-
tes ptātem diſpēſandi nō habēt la-
ici·multominꝰ ipas ecc̄ias quibuſ
libet ad regendū cōmittere vel ab
alijs auferre valēt ¶ Hic autē di
ſtinguendū ē q̄d iuris fundatores
ecc̄iaꝝ in eis habeāt·vel q̄d·nō hn̄t
ius ꝓuidēdi et ꝯſulēdi·et ſacerdotē
inueniēdi·ſed nō habent ius venden
di·vel donandi vel vtendi·tanquam
ꝓprijs ¶ Vn̄ in canonibus inuenit̄
**Hēdes eius q̄ ecc̄iaꝫ ꝯſtruxerint q̄n̄ ꝙ ſollicitudinē p ea gerere debent**

Filijs vel nepotibꝫ ac honeſti-
oribus ꝓpinquis eius q̄ ꝯſtru
xit vel ditauit ecc̄iam· licitū ſit hāc
habere ſollertiā· vt ſi ſacerdotē ali-
quid ex collatis rebꝫ defraudare p
uiderint aut honeſta ꝯuentōne cōn
peſcant· aut epiſcopo vel iudici cor-
rigēda denuncient· Quod ſi epiſco-
pus talia agere temptet metropo-
litano eius hoc inſinuare pcurent·ſi
auteꝫ metropolitanus talia gerat·
regis h̄ auribꝫ intimare non diffe-
rant· Ipis tn̄ heredibus in eiſdē re-
bus nō liceat q̄ſi ꝓprij iuris ptātem

ꝓferre·nō rapinā et fraudeꝫ ingerē
nō violētiam quācūqꝫ p̄ſumē·ſed h̄
ſolū in ſalutarē ſollicitudinem adhi
bere·q̄ꝺ aut nullā opatio noxiā no-
cens attingat·aut inuitā vl̄ aliquā
ptem ſalutaris mercedis aſſumat·
Si q̄s vero deinceps hec monita te
merare voluerit ⁊ male rapta cū cō
fuſione reſtituet·et excōmūicatōis
ānue ſn̄iam ſuſtinebit Item ex tolᷓ·
ꝯcilio quarto **Fūdatores ecc̄iaꝝ ordinādos in eis ep̄o nō offerant**

Decernimus vt q̄diu funda-
tores ecc̄iaꝝ in hac vita ſup
ſtites fuerint p eiſdē locis curā ha-
beant ſollicitā· atqꝫ rectores idone
os in eiſdē baſilicis ideꝫ ipi offerant
ep̄o ordinandos·q̄ꝺ ſi ſpretis eiſdeꝫ
fundatoribꝰ rectores ibidē p̄ſūpſe
rit ep̄us ordinare· et ordinatōnem
ſuā irritā fecerint· et ad verecūdiā
ſui alios in eoꝝ loco quos ipi fun-
datores ꝯdignos elegerit ordinari
¶ Itē ex rōna ſinodo **A dn̄io cōſtructōis oratoriū n̄ ē tollēꝺ**

Monaſteriū vel oratoriū cano
nice ꝯſtructū a dn̄io ꝯſtructoris eo
inuito nō auferatᷣ·liceatqꝫ illi p̄ſbi
tero cui voluerit p ſacro officio illi-
us dioceſis cū ꝯſēſu ep̄i ne malꝰ exi
ſtat ꝯmēdaᷣ ¶ Itē g̃g·p̄p̄ De eoꝺ

Rationis ordo non patitur ut
monaſteriū contra voluntatē
fundatoꝝ ab eoꝝ diſpoſitōe vel diſ
penſatōe ad arbitrium ſuum quis
debeat vendicare ¶ Prouidentia
tn̄ et āmonitōne epiſcopi a funda
toribꝫ ecc̄ie honorari debēt ¶ Vn̄
gregᷓ **Ep̄oꝝ ꝓuidētia a fundatoribus ecc̄ie honorētur**

Conſi- derādū eſt quatenus ſi ſecun
dum prouidentiam et ammonitio-
nē ep̄i ipſi coheredes eas voluerint

---

b ¶ Ad inopiā· ſꝫ
nōne ecc̄ie tenētur
paupibꝰ omībus
ꝯſuenire·vt·s·e·
·q·i·quoniam·Re-
ſic ſed iſtis habūꝺ-
dātius ꝙ alijs·vt
extra ꝺ teſta·cū i
officijs· et melius
prouidebit ei qui
qn̄qꝫ fuit diues ꝙ̄
paupi·vt·xli·di·
nō cogātur· iſtuꝺ
aūt intelligas q̄n̄
p̄ronus in ſūmam
egeſtatē ductus ē
et quādo eccleſie
ſupeſt·xxv·q·ij·§·
vl·ad ſi·in eo ca-
ſu eni libertus te-
netur alē ſuū pa-
tronū·ff·ꝺ ag·li·
·l·ſi quis a liberis
·§·parentes ⁊·§·pe-
c ¶ Filijs· ꝓpin-
quis· ⁊ ſic vi
detur ꝙ ius patro
natus non trāſeat
niſi ad heredes ſā
guinis tantū·tam
·c·indiſtincte lo-
quitur de quolibꝫ
herede·ꝭ·e· cōſide
randū·et·c·ſi plu
res · ſed nunquid
patre dānato de
crimīe ·amittit·fi
lius ius pa· videt̄
ꝙ ſic vt·vi·q· i·§·
verū·l·ſi quis·cū·
et·ff·de iuramētis
qui contra·ſed·ff·
de iure pa ·l·iiij·
ar·ꝯᷓ dicūt q̄dā
ꝙ non p̄uetur illo
niſi a ſolo papa cū
illū habeat aucto
ritate canonis ar·
ex̄·e·ti·c·i·vel dic
ꝙ cum vniūſitate
laicus iudex p̄t a
liquem p̄uare iure
pa·ſꝫ p ſe nō poſſꝫ
ar·ad h̄ ex̄ de iu
re pa·ex l̄ris
d ¶ Denūciēt·§
p̄roni pn̄t accuſa-
re et denūciare ſa
cerdotē vt no·s·
·e·q·i· ꝯſtitutum
imo q̄libꝫ q̄ ē ꝺ ſu
a plebe ·ar·lxiij·
di ·plebs·et ex̄ de
teſtibus·ex pte ade·et idē credo poſſe facē patronū in ecc̄ia ꝯuētua
li·ar·lxij·di·reatina·c·nobis et·c·lectis · ſꝫ in h̄ ē dr̄a· ꝙ i ecc̄ia ꝯuē
tuali patronus nō p̄ſentat· nec eligit· ex̄ de iure pa·nobis·lꝫ videat̄
eſſe ꝯtra·xviij·q·ij·abbatē·ſed ibi electō poſſeſſoris·i·requiſitō quia
facta electione requiritur ꝯſēſus·ex̄ de elec·cum terra·
e ¶ Regis·vt eū corrigat cū p ecc̄iaſticū iudicē cogi nō p̄t· vt·xi·
·q·i·petimꝰ·xvij·di·nec licuit·vel etiā cū iudex ecc̄iaſticus deeſt· ali
as deſes ē·vt ex̄ de foro ꝯpe·ex trāſmiſſa·aliter aūt nō p̄t adiri iudex
ſecularis·vt·xi·q·i·placuit·vt quiſquis
f ¶ Q̄d aūt·ꝙ p vt·h̄ eſt dicē· vt aut in multo aut i aliquo ꝓſit
ecc̄ie aut ſaltē i nullo noceat g ¶ Annue·i· p ānū abſtinebit a ſacro

---

ecc̄ie ſi laicus eſt·ſꝫ ſi clericus ē deponet̄·xij·q·ij·apl̄icos·⁊·c·abbati
bus
Decernimus·idoneus·de eodē ep̄atu·vt·lxxi·di·hortam
i ¶ Offerāt·dixit·h·ꝙ i ecc̄ijs collegiatis h̄ ius habēt p̄roni·
vt rep̄ſētēt p̄latos ep̄is ⁊ vt iterſint electōi vt·xviij·q·ij·abbatē· et
·s·e·q·v·ſi q̄s ep̄oꝝ·et·lxiij·di·p̄ncipali·ſꝫ ꝯtra eū ē·ex̄·e·ti·nobis·
k ¶ Fūdatoribꝰ·⁊ ſic vid̄·ꝙ auc̄te huiꝰ canonis laicꝰ i h̄ caſu poſ
ſit inſtituē i ſp̄ūa·
libꝰ et tp̄alibꝰ·vl̄
dic·ꝙ ipe ep̄s re-
uocabit ſcm̄ ſuū·
ut ex̄ ꝺ elec·noſti·
·l·di·penitentes·
itē ſi ep̄s p̄mū p̄ſē
tatū ſpreuit ⁊ ſcm̄
recipit·tenet̄ ꝓ-
uidē p̄mo vt ex̄·e·
ti·paſtoralis· lꝫ a
lexander dederit
ep̄o electōeꝫ·utꝝ
p̄mū vel ſcꝺꝫ vel
let recipe·ex̄·e·ti·
ꝙ aūt·et luciꝰ·e·
ti· cū aūt aduoca
tus·cū g̃ ep̄us pu
niatur p illū·c·pa
ſtoralis·ptꝫ ꝙ hō
die nō hꝫ electōeꝫ
Monaſteriū·i·
eccleſia
m ¶ A dn̄io·i· di
ſpoſitōe ē g̃ h̄ ar·
ꝙ ep̄s inuito p̄ro
no nō p̄t ꝺ ecc̄ia fa
cē mōſteriū vt·ꝭ·
·c· ꝓx·q̄ iā dero
garet̄ i h̄ iuri p̄ro
ni in electōe et i re
cipiendo ab ecc̄ia
ſic nec dn̄s rei p̄t
vſū rei inmutarē
etiā in melius iuꝫ
to vſufructuario·
·ff·ꝺ vſu ⁊ ha·l·
vl·ar· tn̄ ꝯᷓ·x·q·
·i·c·i·⁊·ꝭ·e·c·nemi
n ¶ Ne malꝰ ar·
ꝙ ſufficit aliquē n̄
malū eſſe·vt nōui
vij·q·i·lꝫ· ⁊ tene
tur ep̄s p̄ſentatū
recipe niſi aliquid
obiciatur i pſonā
eius·vt·lxv·di· ꝺ
pſona·l·di·poſt ꝙ̄
⁊ ex̄·e·ti·paſtoralᷓ
ſed nūq̄d ep̄us te
netur probare cri
mē ꝙ obicit· vid̄
ꝙ ſufficiat ſi di-
cat eligatis alium
vt·xxviij·di·p̄uſ-
ꝙ̄ et·xxxix·di· pe
trꝰ· ꝙ p̄t admitti
ſꝫ p̄t p̄ronus cū ſu
piore agē vt ep̄s
crimē ꝓbet vl̄ eū
admittat vt·viij·
·q·iij·artaldus·ix
·q·iij·nunc vero

Conſiderādū·cohēdes·ꝯ̄ extranei vt vid̄·q̄ indiſtincte loq̄t̄· Nā
q̄dā iura p̄ronatus ad extraneos hēdes trāſeūt·¶·de i ius·vo·
·l·ij·vid̄ g̃ ꝙ ſi p̄ronus ꝯferat·vel ecc̄ie vel extn̄eo ius pa· q̄ꝺ animnō
nō poſſit ꝯueire dilapidātes ecc̄iaꝫ·vel etiā petē alimēta·ar·ad h̄ ex̄
de teſti·ſig̃ficauit· ꝓbabiliꝰ vid̄ ꝙ tali iuri q̄ꝺ ē ad vtilitatē ⁊ fauo
rē inductū ecc̄ie nō poſſit p̄ronꝰ renūciare· vn̄ lꝫ filij abſtineāt ab he-
reditate·nō ideo pditur ius pa·a filijs vt·ff·de iur·pa·filij nec etiaꝫ
generali renūciatōe remittitur dolꝰ·vt·ff·de li·le·aurelius·§·gaius·
ego credo ꝙ tali iuri renūciari poſſit cū donari poſſit·vt ex̄·e·ex inſi
nuatōne·iō·ſed ibi ꝯceſſa fuit adminiſtratio nō ius pa·ꝭ·e·nemini·

Si plures auferri· hoc dicitur q epus ꝓpter diſcordiam patrono=
rum debz claudere eccliam·vt extra·e·t·c·i·et·ij· Alibi dicit q
ſua auctate ɔfert ſi p̄roni nõ ɔcordãt vſq ad quatuor menſes ·vt ex
·e·q̃m in q̃buſdã·alibi vſq ad ſex mẽſes·vt ex·e·t·eã te· Diſtiguas
ergo·q: aut diſcordia eſt inter epm et p̄ronũ ·aut inter ipos p̄ronos
ſi inter epm et p̄ronũ tũc epus ponet yconomum in eccia quouſq ſit
terminatũ nego=
cium· vt ex d of·
ordi·cũ nos · Sz ſi
inter patronos ẽ
diſcordia aut eſt
ſup electõe facta
ab eis aut ſuper
ipo iur p̄ronatus·
ſi in electõne diſ=
ſentiũt tunc ſi p̄t
fieri ſine ſcandalo
p̄ferat epus illum
qui maioribꝫ iu=
natur meritis· vt
extra·e·q̃m in q̃=
buſdã· ſed ſi pa=
res ſũt gratiã fa
cere p̄t cui vult·
vt·lxiij·di· ſi for=
te· et ex·e·t·cum
aũt·Si vero ẽ con
tentõ de iure pa=
tronatus epus in
ſtituat aliquem in
eccia et ille poſt=
moduz p̄ſentetur
ab eo qui euincit
ius p̄ronatus· vt
extra·e·t·ſi vero·
et hoc faciet ſi ɔcor
des nõ fuerint vſ
q ad ſex menſes
a tempe vacatio
nis · vel vſq ad
quatuor a tẽpore
mote ɔtrouerſie·
ut extra·e·t· eam
te·et·c·cũ ꝓpter·
ſi aũt epus hoc ſine
ſcãdalo facere nõ
poterit tũc clau=
det eccliaz ut hoc di
r ex·e·t·c·i·r·ij·
a ¶ Cõmuni·non
ergo ſtat hic iu
dicio maioris par
tis· vt ex· e·q̃m·
ſic ex de Rẽpt· c·
paſtoral· ſilr vid:
q i ɔlegatis a pn
cipe nõ ſtatur ſen
tẽtie maioris ptis
vt· C·de ap ·in of
ferendis·et·l· iu=
bemus·ſilr in diſ=
cordia creditoꝝ·
ut· C·q̃ bo· credẽ
poſ·l·vl·ſilr in cã
liberali·vt· C· de
ɔñi ſuo ma· l·ij·
hoc valz ſilr in omĩ
re ɔmũi·ut·ff· cõ
mu·diui·ſabinus·
et hodie i electõe
epi·vt ex de elec·q: ꝓpter·Sed q̃ritur ſi duo ſũt p̄roni et vnus reli=
quit plures filios et alter vnicũ tñ an iſte vnus par ius habeat cuz
illis pluribꝫ·et vid: q ſic·cũ ex p̄lalitate ſucceſſoꝝ nõ debeat varia
ri obligatõ·ff·de v·obli·l·ij· vñ omnes illi debẽt reputari ꝓ vno cũ
in loco vnius ſuccedãt·vt·ff·de cõ·et de·cui fundus·queadmodum ſi
plures ſint modo canonici in eccia q̃ ꝑus fuerũt nõ plus iuris habẽt
modo multi q̃ ꝑus habuerũt pauci· ſed ɔtra quilibz iſtoꝝ ẽ p̄ronus
inſolidũ· g iſti plures plus hñt iuris q̃ ille vnus et hoc ꝓbatur ·ff·de
bo·lib·ſi libertus·in fi·Itẽ ſm hoc non plus iuris haberet cui cõceſſa
eſſz ptas eligendi q̃ ꝑus ꝑ ſe habuerit qd falſũ vid:·vt ex d elec· q:

tenere et honorare faciant· Si aũt
hoc contradixerit in epiſcopi pote=
ſtate maneat· vtrum eas conſiſte=
re ꝑmittat·ã reliq̃as inde auferri ve
lit· ¶ Itẽ ex ɔcilio triburienſi·

Reliq̃e auferãtur de eccia ſi heredes de eis ɔtẽderint·

Si plures heredes contẽdunt d cõmuni
eccleſia ·auferri iubeat epiſcopus
reliquias ſacras et eccleſiam claudi
donec ɔmuni ɔſenſu ⁊ ɔſilio epiſco=
pi ſtatuãt ibi p̄ſbrm ⁊ vnde viuat·
¶ Vt ergo ex hijs auctatibꝫ colli=
git de manu laicoꝝ eccie nõ ſũt re=
cipiẽde niſi ɔſenſu epoꝝ· ¶ Iuxta
illd maguñcieñs ɔcilij·

Nõ liceat laicis p̄ſbiteros de eccleſia eicere·

Laici p̄ſbros de eccia non ei=
ciant·neq in eis ɔſtituãt ſine
cõſenſu ſui epi· ¶ Itẽ ex cõcilio ca
biloneñ·

Abſq epoꝝ ɔſenſu laici preſbros de eccia non eiciant·

Inuentũ ẽ q laici multi arbi=
trij ſui temẽitate ducti ⁊ qd ẽ
grauius ducti cupiditate preſbris
quibuſlibz abſq ɔſenſu ſuoꝝ epo=
rum eccias dant vel auferũt· Vnde
optz vt canonica regula ſuata nul
lis abſq ɔſenſu epi ſui cuilibz preſ
bitero eccliam det·quam ſi iuſte ad=
eptus ſũit hãc nõ niſi graui culpa
corã epo canoica ſeuẽitate amittat
¶ Sicut ergo auctate ieronimi de
cimas male poſſeſſas a laicis epo
ɔſentiẽte lz monachis de manu lai=
corũ r̃cipe ⁊ eas ꝑpetua ſtabilitate
tenere· ſic et eccleſias a laicis male
poſſeſſas vel detentas cũ ɔſenſu epo
rum licet monachis ad ordinãdum
accipe ⁊ eis in ꝑpetuum prouidere·
¶ Vnde vrbanꝰ papa ſecũdus·

Sine voluntate epoꝝ decimas vel eccleſias a laicis monachi nõ ſuſcipiant·

Decimas et eccleſias poſſeſſas a laicis mona=
chi non ſuſcipiãt abſq ɔſenſu ⁊ vo
lũtate epoꝝ·qd ſi aliter preſũptuz
fuerit canonice vltõni ſubiaceant·
¶ Itẽ ex decreto ſilueſtri pape·

Nulli liceat mõaſteriũ i ſuũ ius cõuẽtẽ alij tamẽ ad ordinãdum illud tradere valet·

Nemini regũz ã cuiq̃ hoim in ꝓꝑũ ius
liceat monaſteriuz ɔuertere vel tra
dere ñ ad alid mõaſteriũ vel ɔmuta
re niſi cũ alio mõaſterio vel q̃cunq
ɔmertõ vẽdere· Quod ſi fcm fuerit
nõ valebit·ſz ipm mõaſteriũ in p̄ſti
nũ reformet ſtatũ· ¶ Itẽ ex decre
to boifacij p̄pe·

Epi ⁊ frm ɔſilio mõſteriũ ad meliorãd alijs ſuppone q̃s nõ ꝓhibet·

Si q̃s vult monaſteriũ ſuũ ad meliorandũ
in alio loco ponẽ fiat cũ ɔſilio epi ⁊
fratrum ſuoruz·et dimittat p̄ſbrm
aliquẽ in ꝑori loco ad miniſteria ec
cleſie· ¶ Itẽ ex ɔcil·maguti ñeñ·

Publice pñie ſbiciãtur q̃ circũuenĩendo aliquos tondere p̄ſumunt·

Conſtituit ſacer iſte cõuentꝰ
ut epi ſiue abbates qui nõ in
fructu animarũ ſed in auariciaz et
turpe lucrũ inhiãtes quoſlibet ho=
mines circũueniẽdo totõderunt · et
res eoꝝ tali pſuaſione ſbripuerũt·
pñie canonice vtpote turpis lucri
ſectatores ſbiaceant· Hij vero q̃ il=
lecti comã depoſuerũt in eo qd per=
cepẽt pſeuerare cogãtur · res vo
eoꝝ heredibꝫ reddãtur ¶ Itez ex
eodem·

Sine volũtate fratꝝ aliquẽ de ſuis ꝓpinquis abbas ſbſtituere nõ valz·

Congregatõ debz ſibi eligere abbatẽ poſt
abbatis ſui mortẽ vel eo viuente ſi
ipe diſceſſerit vel peccauerit· Epus
enim non debz violenter r̃timere in
locum ſuum abbatem · ipſe autem

ꝓpter·et·ff·de aſſignãdis li·l·i·in fi·dic q ſũt oñes equaliter p̄roni
q: ius indiuiſibile·vt ex·e·c·i· Io·forte ẽ hoc verũ ſi hẽditas ẽ diuiſa·
¶ Inuẽtũ·ñ g̃ui· nõ eſt g ꝓ qualibet culpa quis deponendus· vt
·lxviij·di·c·i· Itẽ ar·q nullꝰ dz ꝑuari ſuo bñficõ ſñ culpa ſua·
vt·lvi·di·ſatis puerſũ·et extra de ɔſti·ɔgnoſcẽtes·ar·contra d cle·
egro·c·vl·ſed illud ꝓpter ſcãdalũ ꝓ quo mlta omittũtur·vt di·l·vt
conſtitueretur·ex
de no·ope·nunc·
cũ ex iniuncto·
d ¶ Corã epo· g
ſolus epus p̄t co
gnoſcere d crimi
ne vbi agitur d ꝑ
uatõne bñficij ſi=
ue ad aliã penam
dũmodo nõ aga=
tur ad depoſitõez
ordis· vt no·xv·
·q·vij·in ſumma·
licz aũt aliq̃s non
remoueat ab ad=
miniſtratõne niſi
ꝓ g̃ui culpa·tam
regulares prelati
ꝓ leui culpa re=
mouẽtur·ut extra
de ſi·ꝑ tuas·in fi·
e ¶ Sic g·ierom=
mi·vt·s·e·q·i·c·
vltimo·
Nemini·qui=
dam ſic po=
nũt caſũ nulli licz
dare ius patrona
tus ꝑuate pſone·
vel etiã ɔmutare
cũ ꝑuata pſona·ſz
dari p̄t mõaſterio
vel ɔmutari cum
monaſterio ·vẽdi
aũt nlł p̄t· ꝓ iſto
rũ cauſa ·ex·e· t·
de iure·ſz eis ob=
ſtat·ex·e·ex inſi=
nuatõne ·in pri· ſz
p̄t dici q ibi vnus
alij ceſſit ad mini
ſtratõnẽ ſolidam·
nõ enim dedit ius
p̄rona·cũ ꝑus fu=
iſſet p̄ronꝰ·h·aũt
itelligit de ipa ec
cleſia q nullus p̄t
dare ecciam ꝑua=
to vt inde faciat
hitaculũ·ut·xix·
·q·iij·q̃ ſemel· de
ꝑmutatõne planũ
eſt q: nõ p̄t eccia
ꝑmutari niſi cum
alia eccia·ut ex de
rerũ ꝑmu· ad q̃ſti
ones · ſatis credo
q ſiue ſit eccia ſi
ue ius patronatꝰ
bñ p̄t cõcedi mo=
naſterio dũ tñ ha
beatur conſenſus
epi·ut ex·e·ex p=
te·et·c· nullꝰ·ſilr
et eccie ſeculari· vt extra de reſti·ſpo· cũ veniſſet· Io· ego credo q
ius patronatus poſſit concedi ſine epiſcopo· vt extra·e·illud·b·
f ¶ In proprium·id eſt priuatũ· ¶ Monaſteriũ·i·eccleſiam·
Si quis·ad meliorandũ· hoc eſt vna de quatuor cauſis ꝓpter quas
transferuntur eccie de loco ad locum· vt de con· di·i·tribus· et
·vij·q·i·tpis· et eſt contra regulam illam·xix·q·iij·que ſemel·
et perdit prior eccleſia priuilegiũ ſuũ·vt·s·e·et hec diximus·
Conſtituit·hoc capitulũ legitur·xx·q·iij·conſtituit·
Congregatõ·eligere·ſ·xviij·q·ij·abbas·et·c·abbatem·
l ¶ Retinẽ·ſi vult ꝓpter humilitatẽ renũciare·vt·xviij·q·ij·abbas

nō pt aliquē ordīare ꝯ ſuis ꝓpinqs vel amicis ſine voluntate fratrū·

Incipit cauſa decimaſeptima

Quidam preſbiter infirmitate grauatus ſe fieri velle monachum dixit· eccleſiam et beneficia i manu aduocati renunciauit· poſtquā conualuit mox ſe futurum monachum negauit· eccleſiam et beneficium repoſcit· ¶ Hinc pmū querit̃ vtrum reus voto teneatur· an liceat ei a ꝓpoſito ſui cordis diſcedē· ¶ Scdo an eccleſia ⁊ bñficiū ei reddēda ſunt· q̄ prius libera voluntate refutauit· ¶ Tercō ſi ꝯtigiſſ; eū ſe ⁊ ſua monaſterio tradidiſſe· an licētia abbatis liceret ei ad ꝓpa redire· ¶ Quarto ſi ſine licentia abbatis retro abierit an ſua ſibi ab abbate reddenda ſint·

Quod autem a voto diſcedere non liceat multis auctoritatibus ꝓbatur· Ait em̄ ꝓpha vouete ⁊ reddite dño deo veſtro ¶ Itē aug· Que deo vouē tur neceſſario redduntur

Sunt quedā que etiā nō vouentes debemus· quedā etiā q̄ niſi voueri mus nō debemus· ſ; poſtq̄ ea deo ꝓmittimus neceſſario reddē ꝯſtrin gimur· ¶ Itē iero· ¶ De eodem·

Uouētibꝫ deo ꝯgitatē nō ſolum nubere ſ; etiā velle dānabile ē· ¶ Itē greg· in li· regiſtri·

Eſt dignus ſupplicio qui ſeipſum a voto reſiliēs deo ſubtrahit·

Ananias deo pecunias vouerat q̄s poſt diaboli victus ꝑſuaſione ſbtraxit· ſ; qua morte mulctatus eſt ſcis· Si ergo ille mortis piculo dignus fuit q̄ eos quos dederat nūmos deo abſtulit· cōſidera q̄nto piculo in dīno iudicō dignus eris· q̄ nō nūmos ſ; temetipm omipotenti deo ſub monachico hitu deuoueras ſubtraxiſti· ¶ Idem ſup ezechielē· Añ dei oculos cadūt q̄ bona q̄ concipiūt agere recuſant·

Qui bona agūt ſi meliora agē deliberāt et poſt deliberata nō faciūt l; in bonis ꝑoribꝫ ꝑſeuerarent in conſpectu dei tñ ceciderint ex deliberatōe· Itē ſūt qui cūcta relinquere ⁊ dei ſuicio ſe ſubdē ⁊ freno caſtitatis ſe reſtringē deliberāt· ſed cū poſt caſtitatē alios cecidiſſe cōſpiciūt ſe retrahēdo meritū ꝑdunt· ¶ Si ergo poſt votū quiſq; neceſſario cogitur ſoluere qđ vouit· ſi vouētibꝫ nō ſolū nubē ſ; etiā velle dānabile ē· pt; q̄ ſacdos iſte ad execūtionē ſui voti cogēdus ē· et nō ſolum nō fieri ſ; etiā velle monachū n̄ fieri ſibi dānabile eſt· Nd aūt niter vouētes iſte cōputādus eſt pat; ex ꝟbis aug· dicētis· Dixi ꝯfitebor ⁊ tu remiſiſti ⁊c̄· Magna dei pietas vt ad solā ꝓmiſſionē dimittat peccata· Nōdū em̄ ꝓnūciat ore ⁊ tñ iā deus audit in corde· votum enim ꝓ ope reputatur ¶ Sic ergo ꝓpha inter vouentes reputatur q̄ꝛ dixit· ego cōfitebor· ſic ⁊ iſte inter eoſde; ꝯputādus ē· q̄ꝛ dixit ſiā monachꝰ· ¶ His ita reſpōdetur· aliud ē ꝓpoſitū cordis corde ꝯcipe et etiā ore ꝓnūciare· aliud ē ſbſequēdi obligatōne ſe reum voti facē· q̄ꝛ ergo iſte ꝓpoſitu; ſui cordis ore ſimpliciter enūciauit· nō aūt monaſterio ā abbati ſe tradidit nec ꝓmiſſionē ſcripſit neq̄quam reus voti habebitur· ¶ Vñ alexander papa· ij· ait·

Nō cogitur aliquis in monaſterio manē niſi ꝓfeſſionē fecerit·

Conſaldꝰ p̄ſbiter infirmitate quondam feruore paſſionis p̄ſſus monachū ſe fieri ꝓmiſit· nec tñ monaſterio aut abbati ſe tradidit· nec promiſſionem ſcripſit·

Q· II

Sed beneficium eccleſie in manu aduocati refutauit· At poſtq̄ conualuit· mox monachū ſe fieri

Nam admonere pt eum vt non renunciet· ſed non inuitum tenere· vt

a ¶ Propinqs· s· di· lxxxix· decēter· Jo· extra de renunc· literas· l·

Quod autem a voto· hic queritur an alicui liceat diſcedere a voto· et in hac queſtione magiſter diſtinguit q̄ aliud eſt votum conceptum corde ore ſimpliciter pronunciare· et aliud eſt obligatione aliqua ſubſequente ſe reum obnoxium facere· ſed tamen quocunq; modo iſtorum modorum quis voueat non licet ei recedere a voto quo ad deum· ſed quo ad eccliam licet ei a pmo voto recedere· ſ; nō a ſecūdo· ſ; mirū vidꝛ cū hoc ſit pcīm quo ad deū quare eccleſia illđ tolerat cū ħ ſit laqueū inicere talibꝫ ⁊ decipere aīas eoꝝ· q̄ nō ē faciēdū· vt· xxvij· q· i· de viduis· cū dñs ipe noluerit facere differentiā inter iuramentū ⁊ ſimplicem loquela;· vt· xxij· q· v· iuramēti· Poteſt melius diſtingui inter deliberatōnē et voluntatē ⁊ votū· ſi quis recedit a deliberatōe nō peccat mortaliter· ſi quis autem recedit a ꝓpoſito qđ firme fixerat in animo ſuo peccat ſed venialiter ſecundū quoſdam· ut extra de vo· et vo· redemp· literaturam· ſm vero hug· peccat talis mortaliter ac ſi verbis vouiſſet· ut· ſ· e· q̄ bona· ſ; a voto qđ verbis exꝓmitur ſiue cū ſolēnitate ſiue ſine ea nō lic; recedere ſine mortali pcīo ſm omnes· vt extra qui cler· vel vo· rurſus· l; alexander videatur dicere q̄ poſt votū ſimplex poſſit ꝯtrahi mrīmonium· vt ex̄ q̄ cle· vel vo· veniēs· ſ; illđ intelligas de ꝯpariua pmiſſione· Johannes·

Sunt quedā· debemꝰ· vt ad fidē ſuādā; et gnāliter ad oīa illa ſine quibꝫ homo ſaluari nō p̄t· de quibꝫ hētur de pe· di· ij· caritas·

b ¶ Niſi· vt ꝯtinētiam· xxxij· q· i· integritas·

c ¶ Promittiꝰ· ar· q̄ ex nuda ꝓmiſſiōe quis tenet· vt· xij· q· i· ſcimꝰ· et· q· ij· quicunq; ſuffragio· xxvij· q· i· c· ij·

f ¶ Cōſtringimur· niſi fortius vinculum ſupueniat· xx· vij· di· ſi vir· niſi tale ſit illud qđ pēdeat de alieno arbitrio vt ſit vnꝰ ꝯiugatus ꝓmittat ꝯtinētiam nō tenet· vt· xxvij· q· ij· ſi tu· Itē votū aliqđ abſtinētie nō p̄t vxor facē ſine viro· xxxiij· q· v· manifeſtum· nec monachus ſine abbate· xx· q· iiij· monachis· Item filius impubes ſine voluntate patris· vt· xx· q· ij· c· i· et· ij· nec ſuꝰ ſine volūtate dñi· vt· liiij· di· ex antiquis·

Ananias· de ħ habes· xij· q· i· dilectiſſimiſ·

b ¶ Temetipſum· ar· q̄ maior ē alienatō pſone q̄ rei· ſic· xij· q· i· p̄cipiꝰ

Qui bona agunt· matrimonij· ſ·

k ¶ Si meliora· id eſt continere·

l ¶ Deliberant· firmit̃ ꝓponēdo et tūc ſm hug· peccant mortalit̃· ſecundū alios venialiter·

m ¶ Ceciderit· in ꝓprie ſc; ab eo q̄ nō habēt· vt ibi· cadēt a latere tuo mille·

n ¶ Si ḡ· ꝓnūciat· obligat̃ q̄s ex ſolo ꝓpoito cōdis qđ· h· admittit·

Conſaldus· in ħ· c· tmiatꝰ p̄ma queſtio et intitulatur ſcđa· an poſſit quis repetere bñficiū cui r̄nūciauit· et dicendū eſt q̄ ſic· q̄ꝛ nō renūciauit ꝓut ꝺbuit et in paſſione corporis renunciauit· ar· xxij· q· ij ne quis·

p ¶ Aduocati· ar· ē ħ q̄ illicita r̄nūciacō nō p̄iudicat alicui· vt· vi· q· iij· deniq;· ⁊· ff· ꝺ officij· legatꝰ· ⁊· C· ꝺ defen· ciuitatū· l· vl· ar· ꝯē· ex̄ de renunc· q̄ i dubijs·

q ¶ Refutauit· ꝺ ħ dixi· vi· q· iij· deniq;· ſ; ſi r̄nūciaſſ; in manu p̄lati ſui tenet renunciatio niſi tunc tpis non fuiſſ; ꝯpos ſui· ut ex̄ de ſucceſ· ab inteſt· c· iij· ſed cui iſtoꝝ incūbit ꝓbatō· vel illi q̄ dicit q̄ fuerat conpos· vel illi qui dicit q̄ nō erat cōpos· ar· q̄ illi qui dic̄ q̄ ꝯpos erat· vt· iij· q· ix· idicas Jt q̄ꝛ nō ē p̄ſumendum de ſpōtanea

renunciatõe· vt extra de renun· ſup hoc· ff· de ꝓba· cum de idebito· ar· ↄtra ex̄ ᷣ ſucceſ· ab iteſ· cū dilcus· C· ᷣ codi· nec codicillos· R̄ n̄ · ei qui dicit incūbit ꝓbatõ· vt· ff· de ꝓba· ei qui dic̄ incūbit· ⁊ ꝓbat ſtulticia ꝑ verba ꝓferētis· vt ex̄ de ſucceſ· ab intesta· c· cū dilcus· in parte deciſa· et· xciiij· di· legimus· in pn̄· Iohs· ſed an ſufficiat ꝓbare renūciatõnē vel teneatur ꝓbare ſpõtaneā querit· videtur ꝙ ad duo teneatur ad renū= ciatõnē ⁊ ſponta= neā· ar· p̄dictoꝝ iuriū in q̄bꝫ ſatis h̄ inuuitur· b·

a ¶ Anni· alibi datur biennīū· vt · xix· q· iij· mona= ſterijs· alibi trien nīū· vt· ȷ̄· e· ſi quis incognit9 · vt ex̄ de reg· c· i· ſed p̄t breuiter dici ꝙ i= deo diuſa tp̄a ſta tuūtur· ad oſten= dendū ꝙ ſunt ar= bitraria · vel dic ꝙ clericus igno= tus ⁊ laicus not9 ꝑ biennīū ꝓbabū tur· ȝ clericus no tus ꝑ ānum· ſi tn̄ clericus not9 ſta tim voluerit con= uerti admittitur· vt ex̄ de regu· ad apoſtolicam·

b ¶ Bn̄ficiū· nun= quid clericus qui fuit in ꝓbatõe ꝑ ānū poſt ānū ᷣbꝫ r̄petere beneficia ſua cū cleric9 non niſi ꝑ tres ſepti= manas poſſit ab eē ab ecc̄ia· vt· vij · q· i· ſi q̄s in cleõ· vel vſqꝫ ad ſex menſes · vt ex̄ de cle· nõ reſi· ex tue ſed dic vt notaui · xxvij· q· ij· deſpõ ſatā· Io· ȝ ᷣ h̄ q̄d iuris ſit in queſtio nibus notaui· b·

Nos ⁊c̄· naui= gaſti· ſic na uigans ſe ſubicit varijs p̄iculis nec ꝓprio motu regi= tur ſed ventis· ſic habēs vxorem·

b ¶ Sciēs· g̊ ſi ſci uiſſet ꝙ votū ſim plex fecerat pec= caſſꝫ ip̄a mortali= ter qᷣ verū ē· ſic et alter q̄ impedi uiſſet votū illius · vt· xxxij· q· ij· hoc ſanctuꝫ· et ē ſi· ex̄ de eo qui duxit in ma · quaꝫ polluit ꝑ adul · ꝓpoſitū ·

Si quis· ha= bit9· g̊ tp̄e ꝓbatõnis erit in hitu ꝑ̄ori· vt· liij· di· legē· ⁊· liiij· di· multos· et ex̄ qui cle· vel vo· ſuper eo· ꝓbabilius tn̄ vidꝫ ꝙ in habitu monachali ᷣbeat

negauit· Quapropter q꞉ et beati be= nedicti regula ⁊ p̄cipue patris et p̄ deceſſoris nr̄i ſci gregorij p̄p̄e cano= nica inſtitutõ interdicit monachuꝫ ante vnius anni ꝓbatõnē effici iu= dicamus et ap̄lica auctõtate p̄cipi9 · vt p̄fatus p̄ſb̄r bn̄ficium et altaria recipiat habeat et quiete detineat ·

¶ Itē aug̊· ad bonifaciū comitem

Vxor poſt ꝓpoſitū ↄtinētie ducta di mitti nõ debet·

Nos nouimus nos teſtes ſum9 ꝙ omes actus publicos quibꝫ occu= patus eras relinquere cupiebas · et te in ociū ſanctū cõferre atqꝫ in ea vita viuere in qua ſui dei monachi viuūt· Cū ergo te eſſe in hoc ꝓpoſi= to gauderemus nauigaſti vxorem duxiſti· ſi cõiugē nõ haberes dice= rem tibi qᷣ et tubanis diximus vt in caſtitate ↄtinēter viueres· ſed vt te ad iſtā vitā nõ exhorter cõiunx ē impedimēto ſine cuius ↄſenſu con= tinēter tibi viuē non licet· q꞉ et ſi tu illā poſt illa ꝟba tubanēſia ducere nõ debueras· illa tn̄ nichil eorū ſci= ens innocēter tibi ⁊ ſimpliciter nup ſit· ¶ Ecce iſte corde ↄcepit ſe mo= nachū fieri ⁊ ore ꝓnūciauit ſe velle in ociū ſanctū cõferre· nõ tn̄ poſtea coactus ē ſuſcipe qᷣ corde cõcepit et ore ꝓnūciauit· Auctas illa alexā dri ſecuta inſtitutõnem beati gre= gorij ⁊ bn̄dicti abbatis ꝓbādis an= num indulget ȝ tm̄ notis· incogni= tis vero triennīū cõceditur· ¶ Vn̄ in toletano ↄcilio·

Nullus q̄ incõ gnitus ē monachicū habitū ſumat an̄ ꝓbatõꝫ triennij

Si quis in cognitus monaſteriuꝫ ingre= di voluerit ante triennīū monachi habitus nõ p̄ſtetur · et ſi infra tres ānos ā ſuus ā liber vel colonus que ratur a dn̄o ſuo reddatur ei cū om nibꝫ q̄ attulit· ſide tn̄ accepta de im punitate· ſi aūt infra triēniū nõ fue rit req̄ſitus poſtea q̄ri nõ p̄t· niſi ſit tam lõge ꝙ inueniri nõ poſſit·

Q III

Quod autem queritur an poſt traditio= nem ſit ei fas cū licētia ab batis ad propria redire facile mon ſtratur nõ poſſe fieri· Ipſum em̄ re= dire crimioſū ē· Qui aūt manifeſto facinori deſinit obuiaē cū p̄t ↄſentit hic aūt nõ ſolū nõ obuiat ȝ etiā ꝑ= mittendo fautoꝛ exiſtit· Nõ ergo lꝫ abbati dare licentiā alicui retro ab eunti· nec itaqꝫ illi lꝫ retroꝛſū abire· quia exquo ſemel ſe abbati ſubiecit abſqꝫ eius permiſſione nichil agere poteſt·

Q IIII

Si autem ſine licentia abba tis de monaſterio diſceſſe= rit· queritur vtruꝫ ſua ſint ei reddenda vel non· ſed peſſeſſiones et res ecc̄ie traditas quolibet modo alienari nec abbati nec alicui licet · ¶ Vnde ſimachus p̄p̄a · Poſſeſſio= nes q̄s vnuſquiſqꝫ ⁊c̄· Et iterum·

Honore priuetur qui de iure ecc̄ie aliquid alienare p̄ſumpſerit·

Quicūqꝫ ep̄oꝝ p̄ſbroꝝ diaco noꝝ oblit9 dei et hui9 ᷣcreti ime= moꝛ in ↄſtitutū omittēs p̄diū ecc̄ie magnū vł exiguū· vł q̄cq̄ ᷣ iure ec cleſie alienaē tēptauit· ⁊ donator ⁊ alienatoꝛ ⁊ vēditor honoris ſui amiſ ſiõe mulctetur ¶ Greg̊· ātenno ep̄o=

Nulla ratõ ꝑmittit· diacono vt ꝓprijs cuiuſq̄ vſibꝫ appli= cetur· qᷣ ꝓ omnī vtilitate datū eē dinoſcit̄· ¶ Itē ambro· in libro de p̄ma·

Qui reuocādum putat qᷣ eccleſie ↄtulit ſacrilegiū cõmittit·

Sunt qui opes ſuas tumultua rio mētis impulſu nõ iudicio ꝑpetuo vbi ecc̄ie ↄtulerūt poſtea re uocādas putauerūt· quibꝫ nec pri= ma merces grata ē nec ſcd̄a· q꞉ nec p̄ma iudiciū habuit ⁊ ſcd̄a habuit ſacrilegiū· Sūt quos penituit opes ſuas diuiſiſſe paupibꝫ· ſic eos q̄ pe= nitētiā agūt h̄ ſolū timere optet ne ip̄ius penitētie agāt penitentiam·

¶ Itē greg̊· ſabino ſubdiacono·

Qui locis ſacris derelicta retinere ↄtendit ſacrilegiū cõmittit·

Sacrilegiū ⁊ ↄtra legē ē ſi q̄s qᷣ venerabilibꝫ locis relinq̄tur pra ue volūtatis ſtudijs tēptauerit ſu= is ↄpendijs retinere· ¶ Item luci9 ep̄s omībꝫ ep̄is·

